MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV)
Klosterneuburg, Anfang 14. Jh. Seite 271r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sit in resurrectione diuersitas
quibus tanta fuerat unani
mitas conuersationis in uita.
Si enim beatissime uirgines
iste. iohannes uidelicet et maria
nullatenus surrexissent. cur
in eorum sepulcra cadaue
ra non iacerent. cum uidelicet
beatorum petri et pauli. cetero
rumque apostolorum ac martirum
corpora. suis queque noscuntur
mausoleis tumulata.
Nam quod uere beatus iohannes
obierit. ac procul dubio mor
tis mortis iura persoluerit
nullo modo melius quam per
eius uerba ualet probari.
Cum enim exisset sermo in
ter fratres quod discipulus ille non
moritur. cur ipse uera dicen
tibus obuiasset dicens et non
dixit ihesus non moritur. Frustra
nimirum hic moram texere
ac moram multiplicare
uideretur. si dum illi uere di
cerent ut non moreretur iste
protinus obstitisset dicens. non
dixit ihesus non moritur. ac per
hoc ueritati quodammodo contra
diceret. si uera referentibus
contrairet. Sed dum non mo
riturum se saluatorem dixis
se negauit moriturum se
esse indubitanter asseruit.
Porro autem si uere surrexis
set. quod in sepulchro
sanctum corpus eius ultius non ap
paruit. diuine sine du
bio ueritatis operum fuit.
Scriptum est in deuteronomio
Mortuus est moyses fa
mulus dei in terra moab
contra phegor et non cogno
uit homo sepulchrum eius
usque in hodiernum diem. Re
nouatumque est itaque illud
de corpore moysi nunc et in
iohanne miraculum. Et qui
legislatorem tuum dignatus
est nullis scientibus sepelire.
ipse et corpus euangeliste sui se
creto quodam mysterio uoluit